



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LV. Bischof Conrad von Camin genehmigt die Stiftung eines Altares in der
Nicolaikirche zu Prenzlau, am 7. April 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

LV. Bischof Conrad von Camin genehmigt die Stiftung eines Altars in der Nicolaikirche zu
Prenzlau, am 7. April 1323.

In nomine domini Amen. Conradus, dei gracia Caminenfis Ecclesie Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus presentem literam visuris et auditoris, salutem in omnium Saluatore. Iuste donacionis affectui, ut ipsa iusta donacio robur accipiat firmitatis, dignum est confirmacionis beneficio suffragari. Hinc est, quod dilecti nobis in Christo burgenfes ciuitatis Premslaw petrus de clinkow et iohannes, fratres, pia moti deuocione ad culmen diuinum auementandum quoddam altare in ecclesia sancti nycolai in ciuitate premslawia cum certis redditibus videlicet decem talentorum et decem solidorum brandenburgenfium denariorum in ciuitate bruffow quolibet manso in festo beati martini sex solidos soluente pro salute animarum suorum predecessorum et in remissionem suorum peccaminum construxerunt. Qui burgenfes supradicti nobis humiliter supplicarunt ut constructionem et erectionem cum redditibus sibi annexis confirmare auctoritate ordinaria dignemur. Quorum precibus inclinati volentes nihilominus affectui gratanter succurrere eorundem, attendentes, quod cum a nobis petitur, quod iustum fuit et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo rationis exigit, ut id per officii nostri sollicitudinem ad effectum debitum perducatur, prenominati altaris erectionem seu constructionem in predicta ciuitate premslaw secundum formam Privilegii dominorum ducum Stetinenfium Ottonis, Wertyslai et barnimi et consensu domini plebani in premslaw approbamus, eamque scilicet erectionem ac constructionem auctoritate ordinaria in nomine patris, filii et Spiritus sancti presentibus confirmamus. Inhibentes sub pena excommunicationis ne quispiam huius altaris erectionem seu constructionem cum suis redditibus eidemque dotatis infringere aut prenotatam nostram confirmacionem molestare aut perturbare aul temerario audeat quoquomodo. In euidentiam omnium premissorum presentem litteram dedimus sigilli nostri munimine communitam. Datum Golnów, sub annis domini M°. CCC°. XXIII°. feria quinta post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LVI. Die von Schneitling verlaufen dem Rath zu Prenzlau eine Hebung aus dem Zolle
daselbst, am 23. Juni 1323.

Ad noticiam omnium Christi fidelium nos Bartholomeus, Henningus et Christoforus, Fratres, dicti de Snytlinge cupimus peruenire, quod honestis viris dominis Consulibus Ciuitatis Premplaw vendidimus vnanimi consensu et manu coniuncta et resignauimus et resignabimus coram illo, qui de iure conferre debet, tria Talenta Brandenburgensia in theloneo Premplaw ciuitatis, cum omni iure, quod habuimus ab inclyto Principe nostro domino Wolde-
maro beate memorie, pro quadam summa pecunie, quam nobis integraliter perfoluerunt. In cuius